



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1725. usque ad annum 1728

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1784

VD18 13322648

§. 39. Scriptores A catholici hoc anno mortui.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67667](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67667)

dictinus Congregat. S. Mauri, qui ve- Sæc. XVIII.
rum Ufuardi Monachi martyrologium A. C. 1727.
imprimi curavit, additis notis & præ-
fatione, in qua P. Solierum confuta-
vit; scripsit quoque Historiam Abba-
tiæ S. Germani de Pratis,

§. XXXIX.

*Scriptores A catholici hoc anno
mortui.*

Inter Scriptores A catholicos hoc anno
denatos celebriores sunt. I. Au-
gustinus Hermanus Francke, qui pu-
blici juris fecit methodum studii Theo-
logici, Ideam studiosi Theologiæ, ob-
servationes Biblicas unacum apologia,
introductionem ad lectionem Prophe-
tarum, Prælectiones Hermeneuticas,
Monita Pastoralia, Commentationem
de scopo librorum V. & N. Testamenti
præter tractatum de emphasibus Scri-
pturæ. II. Joannes Huldricus Hey-
den, qui prælo subjecit librum de Scri-
pturæ S. Divinitate, de triplici lumine
naturæ, gratiæ & gloriæ, præter plura
alia. III. Joannes Andreas Darz, cu-
jus inter multas lucubrationes cele-
brior est ejus Interpres Hebræo-Chal-
dæus, Literator Hebræus, & Com-
pendium grammaticæ Hebræo-Chal-
dæicæ. IV. Ernestus Meier, vulgo

Sæc. XVIII. *Crusianus* dictus, qui in lucem edidit
A. C. 1727. Commentarium Theoretico practicum
 ad Institutiones præter plura alia.

§. XL.

*Wormatiense edictum circa Conju-
 gatos diversæ Religionis.*

Priusquam Wormatiensis Civitas a
 Gallis Anno 1698. in cineres fuisset
 redacta, Lutheranus præfatæ Ur-
 bis Magistratus Cives Calvinianos to-
 lerabat quidem, eis tamen publicum
 sectæ suæ exercitium nullatenus per-
 mittebat: Unde hi non modo Neohu-
 sium extra Urbem ad sua sacra pergere,
 sed & tolerare cogebantur, ut eorum
 proles ex diversæ Religionis Parentibus
 susceptæ in Lutherana educarentur:
 Ut vero Magistratus diruta Urbis mæ-
 nia denuo erigere posset, pacta pecu-
 nia Calvinianis publicum suæ sectæ
 usum intra civitatem indulgit, ea ta-
 men lege, ut si alteruter ex Parentibus
 fuerit Lutheranus, proles masculæ in
 Patris, femellæ in Matris religione in-
 stituerentur: inde vero tot controver-
 siæ, querelæ, lites, & turbæ exorie-
 bantur, ut Wormatiensis Senatus anno
 Domini millesimo septingentesimo de-
 cimo octavo die 15. Februarii edictum
 promulgaret, vi cujus severe inhibi-
 tum,